EXPOSITIO TITVLORVM IVRIS CANONICI,

In qua omnes eiuſdem Iuris Rubricæ & Rubricarum termini, per quaſdam vtiles Obſeruationes elucidantur.

Auctore Doctore BARTHOLOMÆO CARTAGENA *Valentino Orcelitano, vtriuſque Iuris ſtrenuiſsimo cauſarum Patrono.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

LVGDVNI,
Sumptibus LVDOVICI PROST, Hæredis ROVILLE.

M. DC. XXIV.

BARTHOLOMÆVS CARTAGENA VALENTINVS ORCELITANVS, Candido Lectori Salutem.

NON eſt mihi à memoria longè alienũ (candidiſſime Lector) duo librorũ genera in vſu apud antiquos extitiſſe, vt de operibus ſplendidiſſimi philoſophiæ luminis Ariſtotelis multi conteſtantur: habuit enim Philoſophus quædam opera Exoterica dicta, alia Acroamatica nũcupata. Exoterica, libri erant populares & communes de rebus facillimis diſputantes, ſtilo & modo pro-

EXPOSITIO TITVLORVM IVRIS CANONICI.

LIBER PRIMVS Decretalium.

De Summa Trinitate & Fide Catholica.

TITVLVS PRIMVS.

IVRIS Pontificij diſputationem ſuſcepturus Decretalium Compilator, de ſumma Trinitate & Fide Catholica primùm proponere voluit Rubricam: quoniam ſumma Trinitas omnium creaturarum eſt principium, & Fides Catholica omnium Chriſti fidelium firmiſſimum eſt fundamentum. Vt igitur tanto principio, tantóque fundamento hoc opus niteretur, à Rubrica de ſumma Trinitate & fide Catholica diſputationem aggreditur.

Quare ſit prima obſeruatio. Hoc nomen, Summa, dupliciter accipitur. Primò adiectiuè, & ſic deriuatur à nomine ſummus, a, um. & ſignificat rem altiſ-